



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118464

§. 41. Fretum Magellanicum detectum

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

pro instruenda classe, æreque alieno pe- Sæcul. XVI.
 nitus solvendo destinabantur. Cum ve- A.C. 1519.
 ro invidia perpetuo sit mærori obnoxia,
 ita Didacus Velasquez Insulæ Cubæ gu-
 bernator de aliena, quam Cortesius sibi
 acquisierat, gloria tristis, eundem iniquis
 consiliis perdere animo constituit; quin
 imo adversus illum copias in aciem edu-
 xit, eisque Pamphilum de Narbaes præ-
 fecit; vicit tamen Cortesii fortitudo;
 quippe Pamphilus capitur, omnesque ejus
 milites ad Cortesii vexilla transeunt. Ast
 Hispani viribus aucti secundis hucus-
 que rebus modum imponere, brevi ne-
 gligebant, in tantas crudelitates effusi,
 ut non levem nomini suo labem inferen-
 tes, ab ipsis nationis suæ Viris probi-
 tate ac genere conspicuis veluti huma-
 nitatem exuisse, merito redarguerentur.

§. XLI.

Fretum Magellanicum apertum.

Post tam amplam detecti Mexici pro- Anton. Vera
 speritatem, rerum series nos ad ter- hist Carol. V.
 ras Polo Antarctico magis propinquas p. 25.
 deducit, quas sub felicissimis Caroli Cæ- Ferdin. Fi-
 faris auspiciis Ferdinandus Magellanus zarro illust.
 seu Magelhaëns Lusitanorum Bellidux de nuevo
 detexerat. Is, cum a Lusitanæ Rege Mundo col-
 suum sibi stipendium medio nummi au- lecti. rer.
 rei pretio singulos in menses augeri pete- Indic. c. 3.
 ret, Ofor. l. II.
 Maff. l. 8.

Sæcul. XVI. ret, repulsam passus, a Rege suo descivit, A. C. 1519. ac continuo se ad Carolum contulit, a quo perbenigne exceptus, Anno millesimo quingentesimo decimo nono Hispali cum quinque navigiis optime instructis in pelagus procurrat, diversamque ab illa, quam Lusitani sequebantur, semitam aggredditur, navigationis compendio multo proficuo. Ergo vastissimis maris adhuc dum incogniti undis sese committit, atque ab æquinoctiali plaga viginti quinque graduum iter conficit, quo in itinere minus glaciei, ac tempestatum injuria fessus, quam militum suorum diffidiis fractus est. Ast omnibus hisce obstaculis superior Fretum detexit, quod ab ipsius nomine *Magellanum* nuncupabatur; inde vero vela faciens, per mare pacificum usque ad insulas Los · Sadrons (*) progressus est, ubi tamen propinato veneno obiit; referunt alii, eum, postquam Insulam Cebu subegisset, in prælio ad Insulam Matan commisso, sub annum a Christo nato millesimum quingentesimum vigesimum octavum occubuisse.

Raynald. ad ann. 1520. n. 98. & 99.

§. XLII.

(*) Forte designantur Insulæ Latronum, quæ in Archipelago S. Lazari inter Oceanum Orientalem, & mare Pacificum sitæ sunt.